te [illegible]
tens venite post me faciam vos etc. Qui relictis
omnibus secuti sunt eum, eique semper postmodum ad
heserunt nec ultra ad propria redierunt. Mt. v.
et Marci i°. Hic est andreas qui primus inter
discipulos a domino vocari meruit et in nu
mero duodecim apostolorum eligi dignus fuit, qui
principem apostolorum ipsum primum cognoscere fecit.
Qui tante familiaritatis domini extitit quod ipso vo
lente quinque milia hominum pasceret puerum qui
quinque panes ordeacios habuit et duos pisces
ostendit. Qui gentilibus qui ad diem festum conve
nerant et a philippo ut ihesum viderent petierunt
una cum eo ihesum nunciavit. Qui de die iudi
cii a domino cum fratre suo in monte oliveti secrete
quesivit. Qui eandem passionem cum domino [illegible]
vit. Post [illegible] dispersis apostolis andreas
[illegible] mattheus apostolus in mirgundiam
predicavit. Viri autem illi predicationem mathei
penitus respuentes ei oculos eruerunt et vinctum
incarceraverunt. Post paucos dies eum occidere

[illegible]
crediderunt. Parentes vero eius post quinquaginta
dies mortui sunt et in uno monumento sunt
positi. Quedam mulier cum de homicida co
niuncta cum pre partu non posset edere sorori sue dixit: Vade
et pro me dianam dominam nostram invoca. Cum in
vocanti ait diabolus: Cur me invocas cum tibi
prodesse non possim. Sed vade ad andream ap[ostolum]
[illegible] qui sororem tuam possit adiuvare. Ad
quem cum iuisset et apostolum ad sororem periclitantem
duxisset, dixit ei apostolus: Recte hec pateris quia
male nupsisti, dolose concepisti et demones
consuluisti. Sed tamen penitere et in christum crede et pa
[illegible]. Qua credente abortivum protulit
[illegible]. Senex quidam nomine nicholaus
[illegible] apostolum dicens: Domine ecce septua
ginta anni vite mee in quibus semper luxu
rie deservivi. Accepi aliquando evangelium orans deum
ut mihi amodo continentiam largiretur. Sed in ipso
peccato inveteratus et a mala concupiscentia
allectus statim ad opus solitum revertebar. Quadam
igitur vice concupiscentia inflammatus oblitus





[illegible]
pueri in caminum succensum pice & bitumine immitti
& in flumine pici andream verum in carcere rese
rvari donec excogitaret supplicium quo puniret
sed orante andrea totum illum horribile omnes
terruit & terremotus ingens multos prostravit & mul
ier percussa & arefacta corruit Orantibus autem cetis
apostolum ne puniret orauit pro eis & omnis tempestas cessavit
Hic postea recedit & domus cecidit tota // Cum autem
esset apostolus in civitate nicea dixerunt ei cives quod
extra civitatem secus viam septem demones
erant qui pretereuntes homines occidebant quibus ad
iussum apostoli ante populum in specie canum venientibus pre
cepit ut illuc irent ubi nulli homini nocere possent
qui statim evanuerunt // Illi autem homines hoc viso
fidem christi receperunt // Et cum venisset ad portam
alterius civitatis ecce quendam iuvenem ferebant mor
tuum // Requirente apostolo quid ei accidisset dictum est
ei quod septem canes venerunt & eum in cubiculo ne
caverunt et lacrimans apostolus ait scio domine quod

[illegible]
suos ab eis auctatur & ausus non exaudiat / & non
exaudiendo ipsum a diabolo captivum tenentur & cap
tivati tandem dum deludantur donec mundi de
corpore exeant nichil secum preter peccata portan
tes // Cui egeas // Iste vanam ihesus verba predicans
crucis patibulo est affixus // Cui andreas pro re
stauratione nostra non pro culpa sua crucis patibu
lum sponte sustinuit // Ad quem egeas dixit //
Cum a suo discipulo fuit traditus & a iudeis tentus
& a militibus crucifixus quomodo tu dicis eum sponte
crucis subisse supplicium // Tunc andreas his
rationibus cepit ostendere christum voluntarie passum
fuisse primo ex eo quod passionem suam predixit & disci
pulis futuram predixit / ecce ascendimus
Ierosolimam etc. et secundo ex eo quod petrum ab hoc ab
horrere cupienti dure increpavit dicens /
vade sathana / et tertio ex eo quod utriusque patiendi
& resurgendi se potestatem habere manifestavit
dicens / potestatem habeo ponendi animam meam

De Andrea & Christo

